REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 75v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



casus. intende miserias eorum quibus acerbe aliquid accidit. Dū
tibi aliena pericula memoras. mitius tua portas. Aliorum enī exēpla
dolorē releuant. alienis malis. facilius consolatur homo. Quid incusas
acerbissima tua decreta. Quid causas tui pe[illegible]riculi tantum
luges. Non sunt noua tua supplicia. habes [illegible]atur [illegible] exempla calami
tatis. Quanti tales casus. quanti talia pericula pertulerunt. Patientē
ab uno ferendum est. qđ multis accidit tolerabile. Pena huius uitę
breuis est. Et qui affligit. & qui affligitur mortalis est. Tribulatio
huius tēporis finē habe. Transeunt omīa huius scti. nec permanent.
omne qđ uenit. stare non potest. Nihil est diu. nihil tam longum.
qđ non inbreui finiatur. Habent sub cęlo. finē suum omīa. Inpossibile ē.
ut homo sis. & non gustes angustias. Dolor & tristitia. omībus commu
nia sunt. omīa inhoc scto. euentu simili sustinemus. Nemo inperpetuū
expers mali est. nemo est qui inhoc scto non doleat. nullus est qui in hac
uita positus non suspiret. Vita ista lacrimis plena est. uita ista afletib;
inchoat. Qui nascitur afletu incipit uiuere. Flentes promimur in
hanc miseram uitam. ipse ortus sequentia. dolorum est gemitus. Ma
lis omīa plena sunt. Interpone ergo tibi rationē. prę ualeat tibi ratio.
Tempera animum ratione. uim tanti meroris reprimat ratio. Confir
mato animo. nullum periculum pertimesces. Oportę nos per multas
tribulationes. intrare inregnū dī. Non sunt condignę passiones hu
ius temporis ad futuram glam. quę reuelabitur innobis. Quod in
presenti [illegible] momtaneum est. & leue tribulationis innobis. Quod ęter
num [illegible] supramodum est. pondus excellens glorię. Vtilis est tribulatio.
utiles sunt uitę huius pressurę. Malorum prauitas non te occidit. s;
erudit. Prauorum aduersitas non te deicit. sed extollit. Humana
tēptatio arguit te non interficit. Quantum enī inhoc scto frangimur.
tantum inperpetuo solidamur. Quantum inpresenti affligimur.
tantum infuturo gaudebimus. Si hic flagellis adterimur. purgati
iniudicio inueniemur. Sēp ds hic uulnerat. quos ad salutē perpe
tuam prępara. Infornace probatur aurum. ut sorde careat. tribu
lationis camino purgaris. ut purior pareas. Persecutionis igne
conflaris. ut omni peccatorum sorde purgeris. Ad probationē